



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 90119266

§. 23. Catholicorum gravamina contra Nassovio-Cattimelibocensem
Principem Calvinianum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

„gelicæ fospitem, atque incolumem Sæc. XVIII.
 „quam diutissime confervet. „ A. C. 1709.

Ejusdem ferme tenoris erant eorum literæ ad Batavos.

§. XXIII.

Catholicorum gravamina contra Nassovio-Cattimelibocensem Principem Calvinianum.

Postquam anno priori Cæsar Guilielmi Hiacynthi Principatum Nassovio-Sigenanum, ejusque administrationem Colonienfi Capitulo Cathedrali gravibus ex cauffis demandaverat, occasione ex turbato regimine naçta Friderici Guilielmi Adolphi Principis Nassovio-Cattimelibocensis Adminiftri religione Calviniani Catholicos in Signa urbe degentes acrius quam antea vexarunt, variisque modis eos in libero Religionis exercitio interturbare aggressi sunt: Ut vero eo liberius grassari, simulque sædifragæ vexationis iniquitatem labemque a se amoliri possent, modo procedendi ac querelandi jam a pluribus annis apud Calvinianos hosce Ministros usitato, ac pro norma & praxi universali adoptato utebantur, nempe, ut primum in Catholicos tumultuando & varia contra eorum religionem attentando inciperent, postea debitam reprehenden-

Theatr. Europ. tom. 18. pag. 173. Gottfrid. cont. Hist. Chron. l. 15. pag. 699.

Sæc. XVIII. prehensionem veriti, apud exteros,
 A. C. 1709. eosque potentissimos Principes de Ca-
 tholicis acerbe quererentur, perinde
 ac si non modo ipsis, sed etiam hisce
 Principibus gravissima injuria fuisset il-
 lata, ut hisce querelis eorum animos
 prævenire, & Catholicis, enormiter
 licet læsis legitimam querendi viam eo
 difficiliorem redderent. Hac arte usi
 Calvinistæ Catholicis in Sigevano Prin-
 cipatu degentibus indies graviores in-
 tulere molestias, & Anno 1707. in festo
 Corporis Christi solemnem processionem
 armata vi turbarunt, eandemque vio-
 lentiam anno sequenti eadem die non
 sine luculento Cæsareæ inhibitionis
 contemptu Catholicis intulerunt, imo
 si qui publicæ supplicationi vel in urbe,
 vel extra urbem interessent, mox contra
 omnia Imperii jura gravi pecuniarum
 multa plectebantur, eos quoque, qui
 suas proles vel ad literas in scholis ad-
 discendas, vel ad percipienda Religio-
 nis Catholicæ præcepta extra ditionem
 ad eorum parentes miserunt, non modo
 pecuniarum, sed & carceris pœna tam-
 diu afflixere, donec vel ipsemet Pater,
 vel saltem ejus proles Calvini sectam
 contra conscientie libertatem & P.
 W. amplecterentur; hanc violentiam
 ex Fischbachienſi Parochia Joannes
 Faust, Petrus Wust, & Joannes Urſch, nec-
 non

non Ostwaldii, Eschenbrenderi, & alibi, Sæc. XVIII.
 ac præcipue Sigenæ Hadamari conjux A. C. 1709.
 pluresque alii experiebantur; sique Ca-
 tholicus forte cujusdam Sancti iconem
 in suis ædibus, vel libello precatorio
 ad excitandam pietatem habuisse repe-
 riatur, mox in Cancellaria compa-
 rere jussus, gravem pœnam subire co-
 actus est. Ut vero Catholici ab inten-
 tanda querela absterrerentur, palam in
 omnibus ferme pagis patibula fuere e-
 recta, aliæque pœnæ interminatæ: Jam
 Anno 1650. Fridericus Nassovius Ec-
 clesias & Sacella Catholicis eripuit,
 ejectionisque Catholicis Sacerdotibus & Lu-
 dimagistris graves tumultus contra Ca-
 tholicos excitavit, quapropter Impera-
 tor ad preces Ernestinæ Principis Ca-
 tholicæ de Ligne, ejusmodi attentata
 revocari, cunctaque in pristinum Statum
 restitui præcepit, hujusque mandati
 executionem Christophoro Bernardo
 Monasteriensi Episcopo commisit: quo-
 circa Nassovii Principes secta Calviniani
 cum Catholicis Principibus anno se-
 quenti die nona Septembris pactum inie-
 runt, vi cujus plenum publicumque
 Religionis exercitium, liberum campa-
 narum usum &c. Catholicis in Ecclesia
 ad S. Joannem polliciti sunt, necnon
 Jesuitas in eodem statu, etiam, quo
 ante eorum expulsionem erant, relin-
 quere,

Sæc. XVIII. quere, cunctasque innovationes circa
 A.C. 1709. religionem in Parochiis & territorio ad
 præfatam Principissam, ejusque Filium
 pertinente tollere sanxerunt, nihilomi-
 nus Calvinistæ per plures annos in Re-
 ligionis exercitio Catholicos identidem
 turbarunt, investisque multis innova-
 tionibus adeo afflixere, ut Cæsareis
 Administratores graviter querentibus
 Imperator die decima Decembris anno
 hujus sæculi octavo Friderico Guilielmo
 Nassovio Principi injungere cogeretur,
 ut damna Catholicis illata repararet
 & quantocius cuncta ad pristinum sta-
 tum reduceret, idem præfato Principi
 rursus die vigesima septima Junii nec-
 non die decima nona Augusti Imperator
 Aulici Senatus decreto præcepit: In-
 superhabitis hisce mandatis & mutuo
 Principum pacto Calvinistæ Leonardum
 Axt Catholicum Ecclesiæ ad S. Joannem
 Ædituum, eo quod ad cujusdam Ca-
 tholici exequias campanam pulsasset,
 in cæmeterio per armatos milites ca-
 ptum in carceres conjecerunt. Quam-
 vis autem tot pluriúmque aliarum ve-
 xationum, violatæ pacis & pactorum,
 violentiarum & oppressionum per plu-
 res annos sese reos fecissent, pluribus-
 que tam Cæsaris quam Administrato-
 rum mandatis prohibiti fuissent, nihilomi-
 nus Catholicos de innovationibus

vio

Sæc. XVIII.
A. C. 1709.

violentis, concitatisque tumultibus in-
 simulabant, & neglecta ordinaria juris
 via non modo apud *Corpus*, ut vocant,
Evangelicorum, sed etiam apud Prussiæ
 Regem propositis querelis opem quæ-
 rebant. Hanc in rem Julius Guiliel-
 mus Zinckgräffius Calviniani Principis
 Cancellarius hoc anno die vigesima se-
 ptima Aprilis & quarta Maij Ratisbo-
 nensi Protestantium Collegio exposuit,
 quod Catholici Ecclesiarum Caensis,
 Weidenaviensis & Isenfeldensis, licet
 hæ Calviniani Templi ad S. Nicolaum
 filiales essent, redditus juraque Paro-
 chialia sibi vindicare, clavem ad Wei-
 denavense Sacellum denegare, Prædi-
 cantes vi abigere, & ejectis Ludima-
 gistris Calvinianis Catholicos subrogare,
 & Calvinistarum proles ad Catholico-
 rum scholas, contra Instrumentum pa-
 cis & decretum restitutionis, atque
 executionis compellere ausi essent, &
 Signæ clam ad campanile Calvinianæ
 Ecclesiæ ad S. Martinum clavem sibi
 fabricari fecissent, cum ergo hæc Re-
 ligionis gravamina *in casibus liquidis ac
 notoriis in Instrumento pacis fundatis* con-
 sistant, proin Cæsareæ Administratio-
 nis decisioni standum non sit, hinc Can-
 cellarius petebat, ut *Corpus Evangelico-
 rum* mox pro Calvinistis hanc causam
 decernat: Verum Administratores

Hist. Eccles. Tom. LXVIII. G Cæ-

Sæc. XVIII. Cæsarei ad Imperii comitia die tertio
A. C. 1709. Januarii anno sequenti libellum supplicem
 transmissere, in quo exponebant quod præfatus Cancellarius Calvinianos contra suum Principem, Cæsarem ejusque mandata *saltem indirecte* *monachusque solito* ad tumultus & oppositiones concitare, & Cæsaream Imperii auctoritatem vilipendere, variis artibus quærat, & Ratisbonæ falsa relatione Imperii Collegio imponere, necnon Calvinistarum in ditione Catholica degentium patrocinium per mediationis pactum prohibitum sumere nitatur. Eapropter Nassoviensis Princeps Catholicus quamvis contra Calvinistarum turbationes, atque innovationes unice ad divexandam Cæsaream Administrationem attentatas sese satis superque, executionem Cæsareorum mandatorum Anno 1650. acceptorum petendo, tueri posset, ut tamen facti veritas magis elucesceret, Administratores totam reiseriem Imperiali Collegio exponendam censuere: Igitur præprimis demonstratum ibant, quod ante Cæsaream Administrationem in tota ditione non modo Scholas Catholici Ludimagistri fuerint moderati, sed etiam in præfatis tribus Sacellis Prædicantes nonnisi Calvinistæ ibi degentibus præfuerint, & quamvis Calvinistæ in Norimbergensi Commissione

fione Anno 1650. die quarta decima Sæc. XVIII.
 Novembris habita præfatas tres Eccle- A. C. 1709.
 fias sub titulo filialium comprehendi
 quæsiissent, id tamen obtinere non po-
 tuerint, imo ipsimet Iserfeldensem nun-
 quam tanquam *filialem* agnoverint, præ-
 cipue cum lis inter Principem Catho-
 licum & cives tum agitata duntaxat
 circa *civitatis* Ecclesiam versaretur, non
 autem sese ad separatam Catholicorum
 ditionem extenderit, neque etiam Cal-
 vinistæ, si quid juris in hæc Sacella,
 ac sectæ suæ Ludimagistros habuissent,
 per integros quinquaginta annos, Ca-
 tholicis tum vix non penitus oppressis,
 tacuissent: Finita, prosequerentur Ad-
 ministratores Cæsarei, Norimbergensi
 Commissione Fridericus Nassoviæ Prin-
 cept Calvinianus Ecclesiam & Sacella
 hæc in Catholicorum ditione occupa-
 vit, ejectionisque Sacerdotibus & Scholæ
 Ministris graves tumultus contra Ca-
 tholicos excitavit, verum a Cæsare &
 Norimbergensibus Commissariis mox
 desistere, cunctaque ad pristinum sta-
 tum revocare jussus erat, hujusque
 sententiæ executio Monasteriensi Epi-
 scopo demandata; cumque hic idem
 exequi pararet, Joannes Mauritius Cal-
 vinianus Nassoviensis Princeps gravio-
 res pœnas præventurus, pro se suis-
 que ejusdem sectæ Fratibus die undecima

stantia quotiescumque libuerit, quin ullus obsistere, vel impedire possit, peragere valeant, nec ullus durante Divino officio intra vel extra Ecclesiam tumultum, irrisiones, cachinos, aut ludibria habere audeat. Insuper inter Catholicos, & Calvinianos Principes conventum erat, ne ullus alterius territorium invadat, aut contradictionem, *Patrocinium*, vel directionem assummat, *eo quod secus facile subditi contra suos Principes ad rebellionem concitari possent.* Si vero contra hæc pacta a Calvinistis quicquam attentaretur, tunc Mauritius Princeps ceterique Catholicis liberum fore polliciti sunt, ut mandatorum, quibus Imperator, Norimbergenses Deputati, & subdelegati Commissarii sub severissimis pœnis die vigesima secunda Julii & septima Augusti factas innovationes tolli præceperunt, executionem urgere possent.

Ex hoc pacto & contractu Administratores huic Cancellario exprobrabant, quod Religionis Exercitium, & campanæ usum in Urbe Sigenensi Catholicis *ex mera indulgentia & amore concordia* indultum fuisse, exponere ausus esset, cum tamen non modo hæc, sed multo ampliora Cæsar in suis mandatis, & Norimbergenses Deputati Catholicis ex possessione anni normalis ad-

G 3

judi-

Sæc. XVIII. judicant, & Religionis exercitium
 A. C. 1709. Catholicis, die decima quarta Decem-
 bris Anno 1650. pleno jure assertum
 fuerit: postea exponebant, quam ini-
 que & contra hæc pacta Calvinistæ re-
 dituum Catholicum, eoquod camp-
 nam in Ecclesia ad S. Martinum pu-
 fasset, armato milite captum custodia
 dedissent, quin tamen culpam suam
 excusare possent ex eo, quod Catholicus
pro flagrantis necessitatis casu clavem
 bricari fecissent, eoquod ipsi priores in-
 novationem fecerint, & clavem, cuius
 usum tamen juxta pacta nunquam de-
 negare potuissent, tradere recusantes
 insuper funem ad campanam ex Eccle-
 sia submoverint, adeo, ut *Æditui*
 non sine vitæ periculo per ruinosa
 scalam die ascendere coactus fuerit: In-
 super, exponebant Administratores
 etsi pridie interminata poena Calvinis-
 ta *Ædituo*, ne Catholicos turbaret, in-
 terdictum esset, nihilominus Calvinistæ
 per fenestras in Ecclesiam ascenderunt
 Ecclesia intus aperta unacum suo Lu-
 dimagistro Divinum officium suis can-
 tilenis turbant, & Catholicis exire
 iussis Patrem Deurenium pugnis pro-
 rudentes, fustibus, armisque, quæ sub
 vestibus tenebant, vim majorem mini-
 rati sunt, & Sacerdotem unacum cete-
 ris Catholicis e Templo ejecerunt,

Sæc. XVIII.
A. C. 1709.

jubente eorum Principe Calviniano, qui, etsi Iserfeldenses Calvinistæ Cæsareo edicto Catholicis primas cedere iussi fuissent, postquam hoc edictum fuit prælectum, non sine Cæsareorum Administratorum contemptu prior ipse Ecclesiam ingressus, clausis januis per tres horas ibi substitit, & Catholicos ab ingressu arcuit, etsi per pacta Calvinistæ liberum ad Ecclesiam accessum matutino tempore ab hora nona usque ad secundam, & post prandium ab hora quinta usque ad noctem Catholicis relinquere tenerentur. Ad hujus exemplum Calvinistæ Sacras cruces e sepulcris eruerunt, & cæmeterium violarunt, caussati, quod tres memoratæ Ecclesiæ filiales essent Ecclesiæ Calvinianæ ad S. Nicolaum: cum tamen nequidem Anno 1650. vel Calvinianus Præco vel Ludimagister in Catholico Principatu fuerit, & soli Catholici plenum Religionis suæ exercitium habuerint, & non nisi multis post annis Joannes Franciscus Princeps Catholicus Calvinianis suis subditis sectæ exercitium Nepthæ, Röttgenii, & Willenstorffii unacum tribus Sacellis eorumque Prædicantibus *ex mera gratia & indulgentia* concesserit, prohibuerit tamen, ne hi Prædicantes in Catholica ditione actus Parochiales exercerent, eoquod hæc

G 4

Sa-

Sær. XVIII. Sacella non dependerent ab Ecclesia
 A. C. 1709. ad S. Nicolaum, sed post patriæ divi-
 sionem manserint separatæ, concessio tamen
 omnibus & singulis *co-exercitio* tam
 in Parochiali Ecclesia, quam præfatis
 Sacellis: His ita expositis Administra-
 tores contra Cancellarium referebant,
 quod quædam mulier Calviniana filiam
 suam in Catholica religione educatam
contra voluntatem Patris Calvinistis in-
 stituendam tradiderit, ac propterea
 Administratores nullum Calvinianum
 Ludimagistrum admiserint, eo quod nul-
 lus ante administrationem nec in anno
 critico 1650. in hac ditione fuerit, &
 ipsimet Calvinistæ Anno 1695. decla-
 rarint, se Catholicis Ludimagistris con-
 tentos esse, dummodo hi Calvinianam
 juventutem in Heidelbergensis Cate-
 chismi doctrina instituerent, proin Su-
 perioris & inferioris Delfii subditi ini-
 quissime Calvinianum Ludimagistrum
 intruserunt, & ex utraque schola Ca-
 tholicum via facti ejecerunt, & quia
 hi ad tantam devenere petulantiam,
 ut Catechismos Catholicos pueris eri-
 puerint, e fenestris projecerint, aut
 igne combusserint, hinc Joannes Fran-
 ciscus Nassovius Princeps nullum Lu-
 dimagistrum Calvinianum tolerare, &
 non nisi in paucis pagis utriusque Re-
 ligionis Magistros admittere coactus est.

Has

Has denique violentias, ac tumultus in-
 hiberi, Administratores a Cæsare e-
 nixe petebant: quapropter Nassoviensis
 Princeps Calvinianus cuncta ad eundem
 statum, in quo tempore decretæ admi-
 nistrationis erant, revocare, rursus al-
 io decreto Cæsareo jussus est.

Sæc. XVIII.
 A. C. 1709.

§. XXIV.

*Pacificatio Altranstadenfis Polonos
 inter & Suecos a Pontifice
 irritata.*

Postquam Carolus Sueciæ Rex iterata
 clade a Moschis profligatus erat, de-
 desperatione animum aciente eosdem
 die vigesima septima Junii ad Pultavam
 aggressus, ab iisdem ad internecionem
 ferme profligatus est, ac desideratis
 suorum duodecim millibus, cum lacero
 exercitu ad Boristhenem fluvium celeri
 fuga contendit: ast ab insequente hoste
 arctatus, ac ipsemet faucibus, cum nec
 pugnandi, nec evadendi locus super-
 esset, devictis seu captis sexdecim
 millibus ducentis quadraginta quinque,
 cum sexcentis suorum in arce Bender
 Turcicæ ditionis asylum invenit. Ac-
 cepto tantæ cladis Nuntio Augustus
 Poloniæ Rex die decima Augusti ex
 Dresdendi Urbe literas ad Papam dedit,
 in quibus eidem modum, quo pacis ar-

*Epist. Clem.
 XI. p. 577.
 l'oitair.
 Hist. du
 Charl. XII.*